



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117832

§.36. S. Amandi exilium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](#)

hibens. Verum Clotario fatis functo Sæculum VII
 Sedem transtulit in Neustriam & a semi- A. C. 629.
 ta Justitiæ, quam huc usque tenuerat,
 recessit ; nam Subditorum suorum Ec-
 clesiarumque Bona rapiebat, ut ea the-
 sauris suis inferret. Præterea in amo-
 re mulierum modum non tenuit ; quip-
 pe anno 628. relicta Gomatrude, quam
 vivente patre duxerat, Nantildem, puel-
 lam, quæ in Palatio Reginæ famulaba-
 tur, accepit, & anno sequente Regni sui
 octavo aliam insuper; nomine Ragnetru-
 dem, amavit. Tandem tres habebat u-
 xores, Nantildem, Ulfigundam & Ber-
 childem, quæ tanquam Reginæ coleban-
 tur, Concubinarum vero tantum nume-
 rum, ut Historiæ Scriptor vel sola nomi-
 na indicare nimis longum putaverit.

*c. 58.**c. 59.*

§. XXXVI.
S. Amandi Exilium.

Rex Dagobertus S. Amandum, reliquis *Vit. S.*
 Episcopis omnibus timide tacentibus, *Aman. 15. to.*
 admissa crimina ingenua audacia sibi ex- *2. Att. B.*
 probrantem, e Regno suo ignominiose *p. 715.*
 ejecit. Sanctus Episcopus in Regiones
 remotas abiit, Fidem Paganis prædica-
 turus. Interim cum Rex ex tot uxori-
 bus necdum tamen ullam prolem susce-
 pisset, eamque gratiam precibus a Deo
 flagitaret, adsunt, qui nuntiant Ragne-
 trudem ei filium peperisse, quod eum

A a a 2 summo

Seculum VII summo gaudio affecit; mox cogitanti,
A. C. 630. quo puerum baptizari juberet, placuit
 ministros ad S. Amandum mittere. Post-
 quam non sine magno labore inventus
 est, rediit, ut obediret Regi, quem Cli-
 ciaci prope Parisios morantem adiit.
 S. Viri adventu latus Rex ejus pedibus
 advolvitur, veniam petit, rogat, ut pue-
 rum baptizaret, eumque in filium suum
 spirituale acciperet. At S. Amandus,
 veritus, ne occasione hujus educationis
 negotiis sacerdotalibus contra præceptum
 Apostoli implicaretur, discessit e Regia.
 Illico Rex misit ad eum duos viros inter
 Aulicos præcellentes, Dadonem & Eli-
 gium, tunc quidem Laicos, jam tamen
 sanctitate conspicuos, qui S. Episcopo
 suggererunt, quod oblata cum Rege fa-
 miliaritas majorem illi libertatem in to-
 to Regno, ubi videretur, Fidem prædi-
 candi & Infideles convertendi datura
 esset.

Fred.c.62. Illorum precibus S. Amandus fle-
 eti se passus est, jussitque Dagobertus fi-
 lium suum Aurelianum deferri, quo cum
 etiam Cherebertus Regis Frater, qui in
 Aquitaniae parte imperabat, se contulis-
 set, Patrini munere functus est. Itaque
 S. Amandus in manibus suis infantem
 accipit, & benedicit, ut Catechumenum
 faceret, & ecce nemine respondente,
 quadraginta dierum pusio clara vocere-
 spondet: *Amen.* Illico baptizatur, &
 Sige-

Sigebertus vocatur, sicutque posteriore Sæculum VII
tempore Sanctitate quam Natalibus illu- A.C. 630.
strior. Agebatur tunc annus Dagober-
ti regnantis octavus, id est, 630.

§. XXXVII.

S. Amandi Initia.

Sanctus Amandus in lucem editus fue- vit. c. i:
rat Herbaugiae prope Nannetum, quæ
Civitas illa ætate urbibus Aquitaniæ ac-
censebatur, quia ultra Ligerim posita.
Pater ejus Serenus & Mater Amantia
vocabatur, unde cognoscas, ex Familia
Romana ortos. Ab unguiculis SS. Litte-
ris apprime imbutum, & vix pueritiam
egressum, Perfectionis desiderium per-
movit, ut relicta patria in Monasterium
Insulæ Anserinæ, in Ora Territorii Picta-
viensis prope Insulam Rejam situm, se
reciperet, parente ipsius nullum non la-
pidem frustra movente, ut filium ad Sæ-
culum reduceret. Ipse Turonem per-
venit, ubi ad S. Martini Sepulchrum o-
rans, a Deo petiit, ut nunquam posthaec
patriam videre daretur, sed semper de
loco in alium locum peregrinando vitam
transigere liceret. Ibi, abscissis sibi ca-
pillis, Ecclesiæ illius Clericis adscriptus
est. Inde accepta Benedictione Abbatis
& Fratrum Bituricas se contulit, ubi S.
Austregisilus, illius Civitatis Episcopus,
& S. Sulpicius illo tempore Archidiaco-

A a a 3 nus